

scire, quod^c vitiorum turbam^d designet, quam^e illi qui possunt vincere^f, domini efficiuntur laudatores. – Egrediuntur de templo tabernaculi *septem angeli* induti iaspide vel^g *lapide mundo*¹⁴⁸, quod est novo homine, *qui secundum deum creatus est*¹⁴⁹, et *precincti* circa mamillas *zonis*^h *auris*¹⁵⁰, id est non tantum castitatem corporis habentes, que designatur inⁱ precinctione lumborum^k, verum etiam^l mentis, que designatur in precinctione mamillarum et pectoris. Isti sunt^m viriⁿ spirituales, qui zelum pro dei nomine assumunt, qui cumⁿ magna mentis indignatione populi increpant delicta et
 625 quasi ignem zeli super plebem peccatricem effundunt iuxta illud, quod Ysaie dicitur: *Obceca cor populi huius*¹⁵¹ etc. Quinta itaque libri parte ira dei consummata designatur in populo, quia scriptum est: *Per tres annos veni querens fructum in arbore hac, et non invenio. Succide ergo illam*¹⁵². Rogat colonus, et datur ei de indulgentia annus quartus. In quinto vero absque retractatione^o succiditur. Quantum^p ergo^q ad deum^r, tunc^s succiditur genus humanum, cum propter^t precedentia delicta et impenitens cor dimittit eos^u dominus in adinventionibus^v suis. – Quatuor sunt Christi opera^w: nativitas, passio, resurrectio^x, ascensio¹⁵³. Dignitate vero prescribitur resurrectio. Resurrectio^y pertinet ad apostolicam fidem, passio ad martyrum patientiam, nativitas ad doctorum humilitatem, ascensio ad contemplantium spem. Quinto loco advenit ignis divinus super congregatos in unum¹⁵⁴ et docuit eos omnem equitatem^z¹⁵⁵. Caritas enim plenitudo est mandatorum. Quinto ergo^a loco consummatur perfectio bonorum in igne caritatis dei^b, quinto loco consummatur ignis ire super malitia^c peccatorum. Accidit autem hoc iudicium^d per singula tempora, quia habet unumquodque tempus
 640

c) quam D; que B. d) turba ADE. e) quia DE. f) videre D. g) iaspide vel *fehlt BDE*. h) stolis AC. i) *fehlt B*. k) verborum C. l) et A. m) *folgt illi BDE*. n–n) *fehlt C*. o) retractione BC; detractione D. p) Quartum AC. q) vero E. r) eum C. s) *fehlt DE*; tum AC. t) *fehlt BD*. u) eis D. v) adinventionibus E. w) tempora AC. x) *folgt et DE*. y) *folgt ergo B*; vero C. z) veritatem ABC. *Die bevorzugte Lesart ist dem weiteren Text gemäßer; mindestens handelt es sich um eine Korrektur, die im Blick auf Joachims Geschichtsdenken von Bedeutung ist und von ihm stammen dürfte.* a) *fehlt AC*. b) *folgt Item in D, Item E*. c) malitias C. d) *fehlt E*.

¹⁴⁸) Apoc. 15,6.

¹⁴⁹) vgl. Eph. 4,24.

¹⁵⁰) Apoc. 15,6.

¹⁵¹) Isai. 6,10.

¹⁵²) Luc. 13,7 ff.

¹⁵³) vgl. dagegen *Enchiridion* Z. 2002 f. (f. 60^v): nativitas, baptisma, resurrectio, ascensio.

¹⁵⁴) vgl. Act. 2,3 f.

¹⁵⁵) vgl. Ioh. 16,13.